Apostolisches Schreiben an P. Eduard Hugon, O. P.

Autor(en): **[s.n.]**

Objekttyp: **Article**

Zeitschrift: **Divus Thomas**

Band (Jahr): **1 (1914)**

PDF erstellt am: **30.05.2024**

Persistenter Link: https://doi.org/10.5169/seals-762676

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.
Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.
Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Ein Dienst der *ETH-Bibliothek*
ETH Zürich, Rämistrasse 101, 8092 Zürich, Schweiz, www.library.ethz.ch

http://www.e-periodica.ch

APOSTOLISCHES SCHREIBEN

an P. Eduard Hugon, O. P., Professor am Collegium Angelicum in Rom, über die thomistische Philosophie

(Acta Ap. Sedis, Vol. V p. 487)

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Aquinatis disciplinam sicubi summo in honore studioque esse decet, profecto decet apud eam Religiosorum familiam, cuius ille proprium lumen atque ornamentum fuit. Et vere inter sodales ex inclyto Ordine Dominiciano nostra quoque memoria nec pauci neque obscuri numerantur, qui tantum Doctorem, nunquam senescentem, secuti, christiana dogmata et instituta splendide illustrare pergant invicteque defendere. In hoc numero te, dilecte Fili, non postremum haberi tuus postulat *Cursus Philosophiae Thomisticae;* quem Nos nuper a te, pie oblatum muneri, accepimus. Nota sunt enim hominum in philosophia prudentissimorum de te iudicia, efferentium in tuis voluminibus et sinceram sancti Thomae doctrinam et copiam compositionemque rerum et scribendi perspicuitatem; qui tibi hoc praesertim dant laudi, quod vetera principia Scholae ad novos philosophiae vel illuminandos progressus vel refutandos errores sapienter adhibeas. Quare Nos tibi quidem ob exhibitos, observantiae causa, laborum tuorum fructus gratias agimus; sed multo magis ob salutarem operam quam ipse navas sacrae iuventuti. Nam, quod pluries iam affirmavimus, nihil ad utilitatem Ecclesiae tam interest, quam ut gravioribus adolescentis Cleri stadiis Angelici Doctoris sapientia praesideat; idque in sacrorum alumnis, qui te sive magistro sive auctore utuntur, feliciter fieri gaudemus. Auspicem vero divinorum munerum ac testem paternae benevolentiae Nostrae, tibi, dilecte Fili, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XVI mensis iulii MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pius PP. X.